

rem manifestasti! Videris esse verum ^a templum Sel-
vatoris, qui in te habitans hæc ipse ^b per te loquitur,
ipse qui tantam gratiam præbuit sermonibus tuis,
quippe qui ante eras apud omnes amabilis; nunc
tamen tantus est amor affectionis tuae in animis om-
nium collocatus ^c, ut Heliam te temporibus nostris
nominent: et non mirum; si enim, qui Deo placere
videtur, filii Dei nominantur, tanto magis ^d partici-
pes prophetarum confessores, et maxime te appellare
dignum est. Crede ^e mihi, Lucifer, non tu solus hæc
locutus es, sed Spiritus sanctus tecum. Unde hæc
tanta memoria Scripturarum, unde sensus et intel-
lectus earumdem integer? unde talis ordo sermonis
compositus? ^f unde tanta hortamenta in viam cœles-
tem? unde fiducia contra diabolum et probationes
adversus ^g hæreticos, nisi Spiritus sanctus collocatus
esset in te? Gaudet igitur in eo te esse jam pavidens^h,
in quo etiam prædecessores ⁱ tui nunc sunt marty-
res, hoc est in choro angelorum. Gaudemus etiam
nos habentes et ^j exemplum virtutis, et patientiae,
et libertatis. Nam de his, quæ scripsisti de nomine
meo, erubesco aliquid proferre, ne videar adulator;
sed scio ^k et credo ipsum Dominum, qui sancto et
religioso animo tuo revelavit omnem notitiam, reddi-
turum tibi etiam pro hoc labore præmium in regno
celorum. Quia ergo talis es, precatorem te esse pro
nobis per ^l orationes Dominum petimus, ut jam
inspicere dignetur, ut est misericors, ecclesiam ca-
tholicam, et eripiatur omnes famulos suos de manibus
persecutorum, quo etiam hi omnes, qui propter

A metum temporalem ceciderunt ^m, levare se tandem
possint, et reverti ad viam justitiae, a qua seduci va-
gantur, nescientes in qua sovea sint miseri. Specia-
liter autem ego peto, si ⁿ aliquid minus a me dictum
est, ignoroscere digneris: a tanto enim fonte quod po-
tuit imperitia ^o mea vix haurire valuit. De fratribus
antem nostris sin minus potui videre eosdem, iterum
ignoscas peto. Est enim ipsa veritas testis optasse
me et desiderasse hoc impetrare, et tantum habuisse
dolorem quod non potui: nam nec lacrymæ cessa-
verunt ab oculis, nec gemitus ab animo, quia nec
fratres permittimur ^p videre. Testis est autem Do-
minus, quia nec parentes quos habeo potui videre,
ex quo persequuntur nos. Quid enim non faciunt
Ariani? itinera observant, curas ^q agunt de profis-
centibus et exeuntibus de civitate, naves querunt,
eremias ^r gyrant, domos perturbant, concutiunt fra-
tres, singulis negotiis ^s concinnant: sed Deo gratias;
dum hæc agunt, tanto magis et plus exsecrantur ab
omnibus et cognoscuntur vere, ut dicit ^t sanctitas
tua, mancipia esse antichristi; et ipsi miseri, dum in
odio habentur, durant in malignitate sua, donec
morte avi sui Pharaonis et ipsi damnentur. Salutant
religionem tuam qui mecum sunt; dignare salutare
qui tecum sunt. Divina Dei gratia incoluem te me-
morem nostri semper ^u beatum conservet, in merito
homo Dei, famule Christi, particeps apostolorum,
solarium fraternitatis, magister veritatis, et ^v in om-
nibus desiderantissime.

^a Vere. Iid.

^b Ipsa. Cod. Sangerm.

^c Conlocatus. Cod. Ven.

^d Cum. Chiffi. Codd. Reg. Sangerm. et Ven. in
quibus legitur quanto; antea particeps. Participes
Prophetarum, Confessores. Baronius. Principem Pro-
phetarum, Confessorum et Martyrum te appellare,
etc. Poncius apud Latinum.

^e Credimus, quod non tu etc. Chiffi.

^f Compositus est. Cod. Ven. Compositi. Papebr.

^g Adversum. Papebr.

^h Jam per fidem. Chiffi.

ⁱ Præcessores. Id. et Codd. Reg. ac Sangerm. Præ-
decessores tui martyres nunc sunt in choro Angelorum.
Papebr.

^j Habentes te exemplum. Iid. cum Papebr. et Cod.
Ven. qui habet, virtutis, patientiae, etc., absque con-
junctiva particula et.

^k Sed et scio, et, etc. Cod. Ven.

^l Per orationes tuas ad Dominum. Galland.

^m Exciderunt. Baron.

ⁿ Si minus. Cod. Ven.

^o Mea, cum Chiffi., Codd. Reg., Sangerm. et Ven.

Antea ea.

^p Permittimur, cum Til. Permittemur, Cod. Ven. An-
tea permittimus.

^q Curam habent. Cod. Sangerm.

^r Eremitas. Chiffi. mendose. Eremos circuunt.
Baron.

^s Negotia, cum Latin., Chiffi., Codd. Reg., Sangerm.
et Ven. Antea negotiis.

^t Dicit. Cod. Ven.

^u Semperque. Papebr.

^v Sed in omnibus desiderantissime. Chiffi. Desidera-
tissime. Papebr.

APPENDIX.

DE PROFESSIONE FIDEI S. LUCIFERI EP. CALARITANI.

ⁱ Veterissimi hujus Fragmenti, quod hic subjici-
mus, notitiam excepimus primo ex Diario Italico ce-
leberrimi viri Bernardi Montfauconii, qui illud a se
visum Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana testatur
hisce verbis pag. 49: *Codex octavi sæculi Langobar-
dicis litteris habet quasdam Chrysostomi homiliae:
Excherii Lugdunensis quædam: Confessionem Fidei
Luciferi: item Confessionem Athanasii, quæ habetur
inter spuria Vigilio attributa: item Fidem Ambrosii.*

D Quare cum per litteras illius exemplum petissemus
a clarissimo viro Balthassare Oltrocchie Ambrosianæ
Bibliothecæ Præfecto, is perhumaniter ad nos illud
transmisit, et quæ ad dignoscendam codicis ætatem
in quo Luciferi Fides descripta est, tum ad conji-
ciendum genuinum sit sancti Episcopi opus, ne-
cessaria nobis erant, ultra communicavii. Codex ita-
que e membranis constat, et rotundo ac minusculo
charactere Romano exaratus est, litterisque inter se-

se per singulas voces contextis; complectitur vero minus quædama opera D. Joannis Chrysostomi, cuius titulus in codice non præponitur; partem libri Hermæ, qui Pastor inscriptus est; varia D. Eu-
cheri opuscula, tum nomnulla Fidei Professio-
nes: sunt autem; *Fides S. Ambrosii Episcopi*: Item *Fides Catholica*: *Fides S. Luciferi Episcopi*: *Fides quæ ex Niceno Concilio processit*: *Fides B. Athanasii*; quæ omnino differt a Symbolo, quod ejus nomine religatum est, quoniamque inter spiritu Vigilio attributa editam esse affirmat Monifacianus; tituli deum ipsi, et prima cujusque opusculi linea minio depicta est. Ex hisce conjicit Oltrochius integrum codicem multo esse vetustiorem illo, ex quo Antonius Mura-
tius eruit. *Fidem Bachiorum*, et *Expositionem Fidei Catholicae*, sive *Symbolum Venantii Fortunati*; easque edidit inter Anecdota, quæ ex Bibliotheca Ambrosiana collegerat: et, si codex iste ante annos milles dicitur a Muratorio exaratus, cautiorem se pro illo proficeret Oltrochius, cum existimat codicem, unde Luciferi Fidem excrispsit, sexto salem sacerdotum esse tribuendum, licet vetustior videri dicique queat. Diocesanius agens Olbrechtius a Montefaciano sequit in scata codicis, ac in forma litterarum definienda; neque in alterius sententiam concedere ipsi possumis, quibus absentibus codicem ipsum intueri, ac diligenter inspicere non potest. At enim si codicis ve-
tustatem sollemniter speciemus, non esset fortasse improbandum illorum iudicium, qui censerent, hoc Luciferianæ Fidei monumentum a Lucifero ipso scriptum jam antea, aut dictatum fuisse: verum nec possumus, nec tenimus enarrare in ipsa *Fidei Formula*, quæ nos ab huiusmodi opinione amplectenda prohibeant.

Etenim stylus ipse primum, et scriptio forma plurimum differt a Luciferiana; tum non alia Lucifer vitetur *Formula Fidei* præter Nicenam, quam in lib. de non parcendo in Deum delinquentibus integrum protulit, cujusque initium repetit in libro, cui titulus, *Moriendum esse pro Filio Dei*: locutiones deinde, quas plerumque usurpat discrens de divina Verbi natura, differunt sane ab illis, quas exhibet hac *Formula Fidei*, in qua ὁροφοι præterea vocabulum omnisum est, licet ejusdem vis ac sensus possit ex ea comprehendendi; cum tamen Lucifer ipse hanc vocem, ejusque significacionem aperte integrali in suis libris, obijcialaque Constantio. Erat enim vocabulum ὁροφοι certa Catholicis tessera fidic, quam nefas fuisse co tempore in *Formulis Fidei*, et in libris omnibus adversus Arianos descripsit. Et sane quo tandem tempore, quove loco hanc *Formula Fidei* Lucifer edidisset, mirum foret, doctissimum Episcopum qui omnes Arianorum artes, astusque, et insidias probe callebat, quique tamdiu fortiter dignificavit, ut defendet Deum Filium esse Deo Patri ὁροφοι, id est *Consubstantiam*, in publico deum Fidei sua testimoniis abstinuisse. Ab eo vocabulo, quod unum catholicam doctrinam comprobabat; multoque magis mirandum, si ambigua re vera voces, quas hanc *Formula continet*, adhibuisset, cum ab illis in re tanti momenti tum maxime cavendum fuerit, illisque vix competerimus Luciferum usum fuisse. Illyiusmodi itaque hæc est locutio, qua Pater *dictor habens Filium factum de se sine initio, non ad se*: Synodus enim Nicæna verbum facere rejiciendum esse decrevit à *Arch. F. genit. genit. genit.* quem possumus esse, non factum, perspicue docuit; et ipse huicuse Fidei scriptor sibi inquit quodammodo non colizaret, cum subdit paulo inferius Filium genitum esse, non factum. Quoniam autem ex adjunctione vocibus de se, et sine initio, exhortat locutionis sonus deproni queat, imprudentis profectio est tangus verbi sonus, quod in vocis libris quandoque legitur, ubi de Filio Dei est sermo, vel humanæ ejus naturæ attributi docent Patres aduersus Arianorum evanescas, ut discerit Petavius in lib. vi de Trinit. cap. 3. Neque am-
bitusque curerat altera locutio de se, que est officiens principium significare potest, et generans, et prodi-

A tens: hæc autem recte convenit Deo Patre, qui re vera principium est generans Filium, non item illud, cum id, quod est effici, Filio Dei opponatur: de quo adversus Calvinianos disputat idem Petavius in lib. vi, cap. 11, ubi monet futurum ecce hanc vocem ac syllabarum euocationem, quæ haud simplex sonus ac mediocre tendit ad malum (ai Basilis de his ipsius vocalis agens in lib. de Spir. Sanct. cap. 2), sed profoundum habet, et obtectum adversus pietatem consistit. Hinc licet participium factum ad hanc posteriora non ad se sollemniter referretur, suspectas hanc voces esse, nec probandæ, praesertim in publica Catholicæ Fidei testificatione: quod etiam monuit Synodus Episcopata Concilii Atermidotis, eoi Lucifer ipse adscriptus. Praeserea Filius dicitur improprie sine initio, cuius divina generationis principium Pater est: sed quadam scribendi, loquendive ratione minus antiquis usitata, sine initio esse idem significat se internam esse; et ideo ἄπορος dicitur Filius, quia externus, et externa est ejus generatio; de quo luce disputat Petavius in lib. v, cap. 5. Usus quidem et Lucifer est hac dictione sine initio in lib. Moriendum esse pro Filio Dei; sed idam directe oppositum Arianorum errori, qui Filio initium tribuebant, quia factus et creatus a Patre ab iisdem dicebatur. Hæc verba vero non ad se dubia subsunt interpretationem: Pater enim ad se generalis Filium, et in Filio, quæ exercit et relatione sunt, considerantur, ut Verbum esse, et imaginem Patris, et ipsa Filii notio; Filius autem ad Patrem non est, si de iis sit sermo, quæ absolute et secundum substantiam de Filio Dei connotantur; Filius quippe et Deus est absolute, et bonus, et sapient, etc., et in hanc sententiam plura inquirit et explicat laudatus Petavius ad sensum Augustini in lib. iv, cap. 10, et lib. vi, cap. 9, num. 8. Sed Fidei huiuscmodi auctor hanc verba fortasse addidit, ac Arianorum errori adversaretur, qui Filium Verbum quoddam esse Patris instrumentum aiebant, quo ad res exteriores condendas usus fuerat et simpliciter adeo opinionem secent sunt in primis uterque Eusebius Nicomediensis et Cesareensis, teste Petavius lib. ii, cap. 3, num. 16, et cap. 7, num. 7; trime docuerunt Patrem fecisse sibi Filium, sibiique subjectum, atque instrumentalem administrum: Meoque obscurata quidam vocum significacione proficitur hoc *Formula Fidei*, Patrem habere Filium non ad se factum: cuius tamen locutionis ad se usum vix eo tempore, quo Lucifer vixit, inductum repertus, identique videtur Augustini primum statim sumi exceptus, et in variis postea sensus, varisque significaciones a Theologis pertrahit. Hæc propter animadversum quis sibi facile persuadeat, Luciferum potuisse Fidem quam adeo ambiguis, et obscuris dictionibus perficie testari? Additum, plura de Spiritu sancto in hac *Formula Fidei* catholicae quidam dici, quam in ceteris, que per ea Luciferi tempora sive a Catholicis, sive ab hereticis edebantur: et, licet ipsi Ariani impie sentirent de divinitate Spiritus sancti, tamquam ante Macedonianum hæresim neque Concilia, neque Patres uberioribus verbis, atque sententiis quidquam de illa desinuerint, quippe tunc de ea re nominatum *questione communione non fuerat*, inquit Petavius in lib. ii, cap. 6, num. 4. Post damnatum vero Macedonii errorem a Constantinopolitano Concilio anni 381, et claris et expiosissimis dissensore ceptum est de Spiritu sancti natura, atque phrases passim adhiberi, quas hæc *Formula* præsent; si tamen Concilium Alexandrinum excipias celebratum an. 362, cuius Epistola Synodica scripta ad Antiochenos monachos debeat Spiritum sanctum Deum habendum esse, euineque non creaturam esse, neque alienum a Patre et Fili substitutum; uti Petavius minuit in lib. 4, cap. 44, num. 46. Sic autem Concilio, illiusque decretis Lucifer ipse assensus est; ut in ejus vita § 7, comproulatum est; cumque Patres Alexandriae hoc præstrea ex Sardicensi Synodo confirmatum voluerint, ut quis aliam professionem Fidei, præter Nicenam, scriberet, aut explic-

edet, sane peremadore nobismet nequimus, nullis-
simus adeo sanctissimumque decretum, quod ipse
probaverat, ab eodem Luciferi neglectum violatum
que fuisse. Neque difficietur sane, Luciferum in suis
quandoque libris de Spiritu sancto esse locutum, et
Arianorum impiatibus hac, quoniam in parte acriter
oppugnasse, dissimilibus tamen et locutionibus, et
verbis, quam in hac Formula preferantur, ut ex
prefatione nostra facile liquet. Denique hoc etiam
argumentum adjuvamus, ex quo probetur Formula
hanc Luciferi auctori non esse tribuendam; nimirum
quod tempus constitui recte sequent, quo is
debuerit Fidem suam publico, scriptoque testimonio
comprobare: elemi in Concilio Mediolanensi, cui
Legatus interfuit Liberii Poptitie, Nicenam unice
Fidei Formula professa est coram Constantino
Imperatore, ut in lib. Morientum esse pro Filio Dei
ipse testatur lucce verbis: *Nos legati answerabamus
in tuo palatio, et firmando nos desumes, semper sic
fuisse, et esse creditum a Christianis, sicut apud Ni-
cacam contra heresim tuam Arianam, et omnes errores
videatur esse sacra fides conscripta: eamdemque Fidem
toto exsilio sui tempore scriptis palam libris, iisdem
Nicenam formulae verbis testatus est. Post redditum
vero ab exsilio cum ad compendenda Antiochenae
Ecclesiae et Cesarcensis provinciae dissidere, quae de
Episcoporum suorum electione fuerant exortae, totus
incubuerat, ad suam Ecclesiam in Sardiniam rediu, ubi quae causa illi obvenierat, cur novam Fidei Formulam
condoncerat, et evulganet, cur a Nicenam diversam,
cur aliqua sui parte ambiguam ei obseruaret, nec
divinari cuiquam licet, nec tuto proficeret. Hac
nobis argumenta sunt, quibus jure putemus, alium a
Lucifero fuisse Formula hujuscem autorem.*

Sed amnis de ipso auctore ambiguitas sublata nobis est, cum ipsissimum fere Fidei formulam jam
ante a Paschacio Quesnelle editam vidimus in tomo 2
Operum D. Lewis PP. in Codice Canonum ecclesiasticorum, etc., cap. 58, et Venetis typis iterum
vulgatam in tomo 5 Operum eorundem pag. 278, que a Ballerini Eratribus docto eisdem, et eruditio
labore adversus Quesnelli errores illustrata fuerunt.
Nomen hoc praetert in titulo Faustini Presbyteri,
eademque est, qua a Mabillonio Breve Fidei inscribi-
tur ex Ms. Augiensi, et Ballerini testantur; idem-
que, ut ambiguum, codex Augiensis est, quoniam Ma-
billonius in Itinere Germanico indicat a se viscum
Augie: *Liber in majori solo insigne, in quo haben-
tur omnes Patrum expositiones in Oratione Domini-
cam, atque etiam verba Fidei Confessiones. Ms. Ox-
oniense, ex quo Quesnella edidit Codicem Canonum,
etc., hunc titulum exhibet: Faustini Presbyteri Fides
missa Theodosio Imperatori; aliud Thianense: Item
Faustini Presbyteri confessio vera fidei, quam praefas-
tit scribi et transmisisti jussi Theodosius Imperator:
corrigit Quesnelli in dissert. 14, num. 6, quam a
præfatis, etc., conjicens jussu Theodosii descripta
fuisse a Faustino Fidem hanc, et a Theodosio ad
Damnum misera, sciripi Sedis Apostolice postmo-
dum inserendam: unde in Codicem Romanum translata
fuit; sed Quesnelli opinionem rejiciens Ballerini in
Præfati ad novam hujusmodi Codicis editionem, quem
existimant neque in Italia, neque Roma, sed in
Gallia elaboratum fuisse; et ex ms. Vindobonensi
ejusdem Codicis hunc titulum afferunt: Item Faustini
Presbyteri confessio vera fidei, quam Presbyter scribit
sibi transmitti jussi Theodosius Imperator; notant
Ballerini, scriptis, et sibi, etc.*

Tres igitur codices vetustissimi Fidem hanc Faustino
tribuunt; Faustinus autem alius non occurrit, ut ani-
madvertit Quesnelli in Dissert. laudata, qui fuerit
auctor hujus libelli, præter Faustum illum Luciferianum
Presbyterum, qui cum ad Flaccillam Theodosii
Imperatoris uxorem libros septem scripserit adversus
Arianos et Macedonianos, et libellum precum cum
Marcellino Presbytero Theodosio ipsi obtulerit, facile
potuit ad eundem Imperatorem libellum mittere Fidei

A sue ratione: cuius quidem sententie assentimur.
Causam vero, cur Faustinus libellum sue Fidem
ederet, haec Quesnelli ibidem significat; quia vi-
mimus a Turbone Episcopo Eleutheropolitano, qua in
urbe Faustinus Roma eum Marcellino et ipso Luce-
feriano pulsus propter schisma Ursicini dum deage-
bat, voluti errorum Sabellii et Apolinarii associata
una cum collega suo vexaretur; nam de Turbone
graviter conqueritur ipse Faustinus et suo et Mar-
cellini nomine in *Libello precum ad Imperatores*
*Eleutheropoliti missio, scilicet Valentianum, Theodo-
sium, et Arcadium, ut in Prost. ad *Libellum precum*:
Egregius, inquit, *Turbo Eleutheropolitanus Episcopus
crucis, nostram exiguitatem despiciens..... posquam
audiri quodam se integras Fidei copulare, et per Dei
gratiam rem veri crescere, nobis existit ministratur, et
turbat. Sive autem Faustinus Fidem suam ultra
Theodosio obtulerit, sive a Theodosio jussus, tem-
pus, quo illam edidit, non ante annum 379 Quesnel-
lus constituit, cui assignatur imperii Theodosiani
exordia, nec die post; quia nullum in illa in Macedonia
silentium, ac de concilio Constantiopolitanismo primo,
a quo damnatus est an. 381, tam quod alio modo de
errore contra Spiritum sanctum non loquatur, quam
quo adversus illum hereticum aspicerunt Alexandrii
Concilii Patres in Epistola Synodica an. 362. Le-
quicunque in tom. 3. Orient. Christ. in Episcopis
Eleutheropolitanis initia Episcopatus Tarbonis ad
idem quodam modo tempus referre videatur, quem sit
ad obitum fere Theodosii, ad an. scilicet 385, Episcopatu-
m teutonicae; ignotus autem est annus, quo Eutychius ante Turbonem Episcopus decassiterit. Auctore
igitur hujusmodi Formulae comperto, et tempore, quo
scripta fuit, tunc illius scribendas cognita causa,
quam parum Quesnelli exemplar differat a nostro,
videamus. Faustinus brevem excusationem ibi praefigit,
cur præter Nicenam Fidem ipse etiam scripserit, ne
videatur nimis de cunctis de cunctis infringere Synodi
Sardicensis, qua Alexandrina probaverat, velantis
Cne deinceps nova Fidei Formula a quoquam ede-
rentur; hoc vero exordium abest ab exemplari
nostro ex codice Ambrosiano. Tunc suam ipse Fidem
testatur illam omnino verbis, præter hoc, de se sine
initio gerit, non factum; cum exemplari Ambro-
siano quodammodo obscuritas insit, et ambiguitas, et
superius monitionis. Denum paucis a calumpnia heresi-
s Apollinaristarum sibi illata se se defendit, et eos
damnatur, qui tres hypostases confidentur, que itidem
clausula deest Ambrosianus. Verum ita anaphoraverit
Quesnelli: Faustinus, ut eius etiam collega Mar-
cellinus, Luciferiano schismate infectus erat, ideo-
que Concilii Alexandrii decreto adversatur, quo
sanctum fuerat, ut Ariana communione participes
sub Imperatore Constantio, Episcopi præsertim, in
gratiam cum Catholicis recuperentur. Illic Sabelliani,
et Apollinaristarum erroris suspectus habebatur;
Patres etiam Synodi Alexandrii decreverant, ut
ab illis, qui ad Ecclesiam ex Arianorum societate re-
dibant, Sabellii quoque insipia dogmata damnarentur;
tum ut illorum conficeretur Spiritum sanctum
non creatum, neque alienum, sed proprium esse et
indivisum ab esse. Patris et Fili; denique stolidum
Apolinarii errorem execrarentur, qui docuerat,
inanime corpus, et sensus mentisque expers sibi met
Verbum Dei Filium assumptisse. Idcirco Faustinus,
ne videretur catholicam doctrinam a Patribus Alexan-
drini propositam, et Ecclesia totius consensu pro-
batam respire, dum decretum de his, qui ab Ariano
redierant, excipiendis rejiciebat, Sabellium nominatum
damnauit, et adversus illius errorum personas in Tri-
nitate aperte distinguit; Spiritus sancti divinam esse
naturam iisdem pene Synodi verbis fatetur, ac Apol-
linaris heresim perspicue detestatur; de concessa
autem lapsis indulgentia omnino silet; et trium hy-
postasum usum, de quo veluti heresios suspecto
fuerant lapsi accusati ante, quam veniam obtinuerent,
cujusque rectum et catholicum sensum Synodo pro-**

baverant, omnino negat inter catholicos esse feren-
dum : unde alia causa cur Sabellianus diceretur ab
iis, qui *tres hypostases* in Trinitate fatebantur, id est
tres personas; Sabellius enim Deum asserebat *trinita-*
topa, hoc est unam in Deo personam esse Patrem et
Filium, ut ait Athanasius in expositione Fidei; et de
Spiritu sancto perinde ac de Filio sentiebat, ut eos
omnipotentes faceret, neque a Patris persona separaret,
sed unam eamdemque ac veluti primariam hyposta-
sim statueret, cuius due illae Filii et Spiritus Sancti
essent *hypostatae*, ait Petavius in lib. 1, cap. 6. Verum
cum Gr̄cum nomen *trinitatis* pro *trinitate* sive essen-
tia veteres Patres adhibuerint praesertim ante Nicæ-
num Concilium, et re vera tum id significet, quod
simpliciter existit, id est *essentialium*, tum id, quod per
se subsistit, *individualium* scilicet, seu *personam*, de
quibus vide Petavium in lib. 1v, cap. 1, 4, 7, hoc
individui sensu Graeci Patres illud postea usurpa-
runt, quo ab iis etiam, qui ad rectas Fidei commu-
nionem ab Arianis reversi fuerant, usurpabatur;
nam *trium hypostasum* nomine non *tres essentialias*, nec
tres Deos, aut *tria principia* intelligebant, sed *tres in*
Trinitate personas, *Patrem*, qui *vere sit et subsistat*,
Filium ut existentem et subsistentem, et *Spiritum*
sancum, ut subsistentem, et existentem: quod Epistola
Synodica Alexandrina testatur. Ita disputationes
quiieverant litesque tum de *trinitate* voce exortæ
praesertim Antiochiae, unde Antiochenum schisma
conflatum, teste Basilio ep. 349, veter. edit. apud
Petavium lib. 1v, cap. 4, num. 11, cum Terentio Comiti
scribit, *haud parvi momenti se quæstiones illas*
ducere, ob quas initio schisma constatum est: quo in
loco advertendum dissidium hocce inter Graecos
Orientales primo cepisse, non inter Graecos et Lat-
inos, ut affirmit præfatio in Synodicas litteras Con-
ciliis Alexandrinis tom. 2, Concil. Ven. Edit. prioris.
At, quo tempore Faustinus hanc *Fidem* edidit, sopi-
tus ignis contentionis vehementius jam exarserat,
quem Latinis quoque fovebant ingenti partium studio;
alii quippe *trinitatis* nomine *trinitatem* volebant intel-
ligi, id est *essentialiam*, seu *substantiam*; alii *personam*,
seu *substantialis personam*, et inter se *substantiam*, hi pro *substantialia*, illi pro *essentialia* interpretan-
tes, de vi ipsa vocum earumdem in Latino sermone
decertabant. Quare Faustinus, cum *substantia* voce
essentialiam significari contendet, *tres substantialias* in
Trinitate negat esse enuntiandas; consequens quippe
erat, *ut tres Deos confiterentur*, qui *tres substantialias*
illa significatione confitebantur; et in ipsa *Fidei* descri-
benda *substantialia* nomen, quatenus *essentialiam* expri-
mit, pene de industria repetuisse videtur: illi vero,
qui *trinitatis* nomine *personam* exprimi aiebant,
Faustinum, ejusque collegam Marcellinum Sabellia-
nismi accusabant, quippe unam in Trinitate persona-
nam defendere ipsis viderentur. Et ex hisce conjicere
licet, Faustinum hanc etiam ob causam mentionem
injecisse in *Formulam Fidei* de tribus *substantialiis*, ut
nimis Damasi Romani Pontificis gratiam aucupa-
retur, cui in Schismate Ursicini fuerat intensus; Da-
masus enim de *trium trinitatis* controversia silentiu-
m indixerat, uti vult Baronius ad an. 372, ex
litteris Cyrilli Alexandrini, et in Hieronymi senten-
tiā concesserat, qui *trium hypostasum* usum im-

A probabat. Quamquam cum sit incertum, utrum
Eleutheropoli versaretur Faustinus, dum *Fidem* edi-
dit, quod putat Quesnellus, an alia in urbe, certe in
Oriente, ubi contentio adhuc servebat de usu, sen-
suque *trium hypostasum*, hinc conjectura ducinatur ad
credendum, omnem hujus *Fidei* scribendæ causam
illi fuisse, ut, cum unam esse *trinitatem*, id est *essen-
tiam seu substantiam* Trinitatis affiraret, ab eorum
calumniis sese defendet, qui *tres hypostases* fate-
bantur eo sensu, qui ab Alexandrina Synodo proba-
tus fuerat, et vocis hujus vim pro sua ipsorum senti-
entia interpretantes, Sabellianismi cæteros accu-
sabant, qui aliter illam interpretarentur. Quare
Faustinus suam *Fidem* exhibit Imperatori ita, ut
cum catholica doctrina Synodi omnino conveniat,
trinitatis autem, et *substantia* voces sua tantummodo
interpretatione velit esse explicandas: quod ipsum
Formula initium significat: *Principia fidei con-
fessionem contra Sabellium signamus et contra hos,*
qui sub nomine Catholicae Fidei impia verba defendunt,
dicentes tres esse substantias.

Atque hæc satis de *Formula* Faustini; quæ num
Lucifero convenient, quisquam facile cognoscit,
ipsis solummodo *Fidei* verbis spectatis, et consilio,
quo edita sunt. At quis dixerit, *Fidem* a Lucifero
quidem scriptam a Faustino in suam *Formulam*,
additis exordio et clausula, adscitam, ut magis ex
ipso auctore probaretur. Verum Luciferi nomen non
siluisset Faustinus, quem in *Libello precum* tot lau-
dibus semel atque iterum ornat; ac demum ex
hacienus dictis ita potest recte constitui, *Formulam*
Fidei, quam ex Ambrosiano Codice hic exhibemus,
Lucifero, qui *Nicæna Fidei Formulam* unice secutus
est, qui nihil umquam ambiguum, nihil obscurum de
Trinitate scriptis, qui decreta Synodi Alexandrinæ
suo assensu confirmavit, qui Sabellii errores palam
exsecratus est in lib. *de non conv. cum haeret.* et nullius
haeretici erroris in suspicionem umquam ad-
ductus fuit, illam, inquam, *Fidei Formulam* non esse
tribuendam, sed vel ab inscito quopiam homine, vel
secta Luciferiana e *Faustiniana Formula* deprom-
ptam, ambiguis, quæ notaviimus, corruptam vocibus,
et aut inscite, aut fraudulenter Luciferi ascriptam,
quinto circiter saeculo, postea, illius nomine pre-
fixo, Codici Ambrosiano insertam fuisse. Addere hæc
lubet ex Praefatione tom. primi Opp. Sirmondi Ve-
net. Edit. num. 2: *Cum eo Libello Precum Marcellini*
et *Faustini traditam fuisse Imperatoribus fidei Con-
fessionem, quæ in Codice Canonum et Constit. Eccle-
siae Rom. ante virginis annos edita in Append. ad
S. Leonis Opera edit. an. 1675, pag. 138. Faustini
Presbyteri Fides missa Theodosio Imperatori inscri-
bitur, aliqui existimant: verum cum in Praefatione
Libelli ejusdem, quæ Schismatici hominis est, Im-
peratores dicantur Valentinianus, Theodosius, et
Arcadius, *Libellus Precum* in annum 383 rejici
debet, quo Arcadius renunciatus est Augustus, nec
anno 392 postponi potest, quo Valentinianus deces-
sit: id autem cum anno editæ *Fidei* nequit conve-
nire: alii *Libellum Confessione Fidei posteriorum ali-
quot annis censem*: quod esse verisimilius videtur.
Utriusque Fidei exemplum sub uno aspectu hic jam
subjiciamus.*

Ex Membranaceo Codice Ms. Bibliothecæ Ambrosianæ signato I, 101, in parte superiori.

A Ex Cod. Canonum et Constitutorum Sanctæ Sedis Apostolicæ, in tom. 3 Opp. D. Leonis Ven. Edit. an. 1757, col. 278.

**INCIPIT • FIDES
S. LUCIFERI EPISCOPI.**

Nos Patrem credimus qui non sit Filius, sed habeat Filium de ^b se sine initio non ad se factum. Et Filium credimus qui non sit Pater, sed habeat Patrem de quo sit genitus, non factus. Et Spiritum sanctum credimus qui sit vere spiritus Dei : unde Divinæ Trinitatis unam substantiam confitemur, quia qualis est Pater secundum substantiam, talem genuit Filium. Et Spiritus sanctus non creatura existens, sed spiritus Dei, non est alienus a substantia Patris et Filii, sed est ipse ejusdem substantiæ cum Patre et Filio sicuti ejusdem Deitatis. Explicit.

FIDES

FAUSTINI PRESBYTERI
Missa Theodosio Imperatori.

Sufficiebat fides ^c conscripta adversus hæresim Ariananam. Sed quia pravo ingenio quidam sub illius fidei confessione impia verba commutant ^d, nobis invidiā facientes, quod velut hæresim Sabellii tueamur; paucis et contra Sabellium primæ fidei confessione ^e signamus; et contra hos, qui sub nomine catholicæ fidei impia verba defendant, dicentes tres esse substantias; cum semper catholica fides unam substantiam Patris et Filii et Spiritus sancti confessā sit.

Nos Patrem credimus, qui ^f non sit Filius, sed habeat Filium de se sine initio genitum, non factum : et Filium credimus, qui non sit Pater, sed habeat Patrem, de quo sit genitus, non factus : et Spiritum sanctum credimus, qui sit vere Spiritus Dei. Unde et divinæ Trinitatis unam ^g substantiam confitemur : quia qualis est Pater secundum substantiam, talem genuit et Filium : et Spiritus sanctus non creatura existens, sed Spiritus Dei, non ^h est alienus a substantia Patris et Filii; sed est ejusdem et ipse substantiæ cum Patre et Filio, sicut ejusdem Deitatis.

Nam qui nos putant esse ⁱ Apollinaristas, sciant quod non minus Apollinaris hæresim execratur, quam Arianam. Miramur autem illos catholicos probari posse, qui Patris, et Filii, et Spiritus sancti tres substantias confitentur. Sed et si dicunt non se credere Filium Dei, aut Spiritum sanctum creaturam; tamen contra ^j impiam fidem sentiunt, cum dicant tres esse substantias : consequens est enim, ut tres Deos confiteantur, qui tres substantias confitentur. Quam vocem semper catholici execrati sunt.

^a Hæc verba, *Incipit Fides S. Luciferi Episcopi, minio depicta sunt in Codice.*

^b De hisce locationibus satis dictum est in praefatis.

^c Id est Nicæna. Exensionem præmittit, cur novam Fidei Formulam edat contra Alexandrinum decretum ; quod usum præsertim trium ὑποτάκτων spectat hisce verbis : *quos enim, id est, qui cum Arianis communicaverant, nonnulli incusabant, quod tres hypostases affirarent, cum hujusmodi voces in Scriptura non reperiantur, ac proinde suspectæ esse possint, auctores suimus neque id amplius præter Nicænam confessionem inquirant.*

^d Codex Thuanens. miscent.

^e Forte confessionem.

^f Personam Patris a persona Filii aperte distinguit, ut Sabelliano errori adversari se ostendat : unde conjicias *Fidem* hanc potius ut illam hæresim damnum, quam ut Arianam, scriptam fuisse.

^g Substantiam unam dicit, non minus, ut catholicum dogma profiteatur, quam ut vocis significationem Dingerat adversariis.

^h Hæc ex Synodica Alexandrina fere verbo tenus.

ⁱ De Apollinaris hæresi, et de tribus substantiis, vide quæ praefati sumus.

^j Nisi mendum inest utrique editioni tum Quesneliana tum Venetæ, et legendum sit ipsam, sensus erit, tamen e contrario impiam fidem sequuntur, impie sentiunt.